

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Cothmann Bernhardus Grabbe

**Disputatio Secunda Ex Formulae Concordiae, Articulo Primo De Peccato
Originis, Certis Thesibus Inclusa**

Rostochi[i]: Richelius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73837167X>

Druck Freier  Zugang



R U Nov 1649

Gothmann, Johannes

Kott-Grobbe⁽²⁾, Bernhard



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73837167X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73837167X/phys_0002)

DFG

Disputatio Secunda

21.

EX
FORMULÆ
CONCORDIÆ, ARTI-
CULO PRIMO

DE PECCATO ORIGINIS,
CERTIS THESIBUS
INCLUSA.

PRÆSIDE

JOHANNE COTHMANNO,
S.S. Theol. D. & Prof.

ac
Facult. Seniore,

RESPONDENTE

BERNHARDO GRABBEN,
Lemgov. Westph.

In Auditorio Majori d. 18. Augusti.
horis matutinis.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Sen. Typogr.
ANNO M. D. C. IL.

Thesis I.

Doctrina peccati Originalis rectè juxta verbi Dei analogiam proposita, & ab omnibus cùm pelagianis, tūm Manichæis erroribus separata, beneficia Christi, plenissimā ejus satisfactione, seu pretiosissimo ipsius merito acquisita, rectius facit agnoscere & magis celebrare;

2. Doctrina itaq; hæc juxta scripturæ canonem explicata, operationes Spiritus S. gratuitas, omnium optimè agnoscit & celebrat. Insuper Deo gloriam tribuit, dum opus Dei à Diaboli opere discernit.

3. Nulla autem humana ratio, quid & quantum sit hoc ingens hæreditarium malum, indagare aut agnoscere potest. Proinde solida ejus cognitio, ex scripturæ sacræ patefactione unicè haurienda. Qvod si enim speculatibus philosophicis, ex Scholasticorum turbidis lacunis, & non ex limpidis scripturæ fontibus desumptis, nimium tribuerimus, facile in errorum præcipitia, etiam in hoc articulo deducemur.

4. Scripturam ergo sequentes, peccatum originale, totam hominis naturam, ut spirituale quoddam venenum, & dicente B. Luthero, sicuti horribilis leprainfecit & corrupit, ita quidem ut jam in nostra natura corrupta ad oculum, hæc duo monstrari nequeant: ipsa natura sola, & peccatum originale solum. In peccato enim concipimur & nascimur Psal. 51. v. 7. & quis dabit mundum de immundo Job. 14. v. 4. Qvicquid namq; ex carne corrupta natum, corruptioni obnoxia caro est, unde homo talis nisi ex aqua & spiritu renascatur, in regnum Dei introire nequit, Joh. 3. v. 5. cum caro & sanguis regni Dei hæreditatem consequi non possint, 1. Cor. 15. v. 50.

5. Quæ

5. Qvæ licet scriptura prævia recte ita dicantur, o-
mnino tamen discrimen, inter ipsam nostram naturam,
qvalis initio à Deo creata, hodieq; conservatur retinen-
dum. Qvamvis enim natura nostra sit corrupta, distin-
ctio tamen naturæ corruptæ, peccato originali domicilium
præbenti, ac ipsi⁹ peccati originalis, accuratissimè tenenda.

6. Scriptura enim etiam post lapsum, Deum hominis
esse creatorem affirmat. Job.10.v.8.9. Deut.32.v.6. Act.17.
v.28. Apoc.4.v.11. Qui tamen peccati, ut pote qvod odio
prosequitur, Ps.5.v.5. & punit Exod.14.v.27.28. causa non
est 1. Joh 2.v.16.

7. Christus qvoq; integrum hominis naturam assum-
psit. Ita ut sicuti pueri carnis & sanguinis sunt participes:
ita & ipse particeps factus est corundem Hebr.2.v.14. absq;
tamen peccato. Hebr.4.v.15.

8. Redemit Christus hominem, qvem à peccato per
Baptismū abluit 1. Cor.6.v.11. Act.22.v.16. in filios Dei ad-
optat Joh 1.v.12 Rom.8.v.16.17. ac tandem salvat 1. Pet.3.v.
21. Qvæ omnia de peccato affirmari neq;veunt. Unde inter
peccatum, & hominem peccatum in se habitans habentem,
Rom.7.v.20. tantum, quantum inter opus Dei, ac ipsius dia-
boli esse discrimen manifestum est.

9. Describitur eqvidem in scriptura peccatum origi-
nale aliquando verbis substantialibus Eph. 4. v. 22. & pas-
sim, non qvod in & per se sit substantia, sed qvod substanc-
iæ intime inhæreat. Unde & ἀμαρτία ὑπερέσια dicitur
Hebr.12.v.1. Nec insolens est scripturæ peccatum actuale,
verbis substantialibus exprimere, Matth 5.v.29.30. c.18.v.8.
Qvod tamen propterea non sit substantia ipsa humana.

10. Scriptura Sacra sui ipsius interpres, qvid verbis
substantialibus, in peccati originalis descriptione indigitare
velit, alibi in locis parallelis exponit, dum mēbra terrestria,
per stuprum, immunditiam, mollitiem, concupiscentiam
malam, & avaritiam &c, explicat Col.3.v.5.

II. Vox

II. Vox igitur naturæ quæ in hac materia usurpari solet ex Eph. 2.v.3. non ipsam hominis substantiam, sed hominis corrupti ingenium, & post lapsum naturalem defectum, ac vitium, naturæ intimè inhærens significat.

12. Peccatum igitur Originis non est levis, sed tam profunda humanæ naturæ corruptio, quæ nihil sanum, nihil incorruptum, in corpore & anima hominis, atq; adeo in interioribus & exterioribus viribus ejus reliquit. Unde Augustanam Confess. secuti Art. 2, hominem eum peccato hoc est, sine metu Dei, sine fiducia erga Deum nasci affirmamus. Hinc homo propriis viribus coram Deo justificari nequit.

13. Hæreditarium hoc malum, neminem secundum naturam propagatum excipit. Omnes ergo post lapsum Adæ homines, cum peccato hoc nascuntur. Roman. 5.v.12. Excipitur hic solus Christus, in cuius ore dolus non est inventus I. Petr. 2.v.22. quemq; nemo peccati convincere potuit. Joh. 8.v.46. fuit enim ὁ θεός, ἀλλαγῆς, ἀμίαντος, κακωκατεργάτης Hebr. 7.v.26.

14. B. Mariam Christi matrem, qui hic Bellar. secuti Lib. i. de Amis. Grat. & Stat. pecc. cap. 6. excipiunt, Christū insigni injuria afficiunt, dum privilegium sibi soli propriū Mariæ contra scripturam, neminem nisi Christum, ab hoc peccato excipientē tribuunt. Conf. Jus Canon. Distin. 4.c.3. & Baraletæ ordinis fratribus prædicatorum Sermones p. 65; & seqq. de conceptione Mariæ. Licet Bellar. sibi contradicens lib. 4. de A. G. c. 15. rem hanc ap. Catholicos non haberi pro certa & explorata dicat.

15. Per Baptismum peccatum hoc tollitur, non ut non sit sed ne obsit, nec in nobis regnet Rom. 6.v.12. quæ verba quomodo exponat, August. Tract. 41. in Joh. Et Tom. 7. de Nupt. & concupiscen. Lib. i. c. 25. videre est. Ad quam explicationem scripturis conformem, Papistas Contradicentes, brevitatis ergo remittiimus. F I N I S.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73837167X/phys_0007](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73837167X/phys_0007)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn73837167X/phys_0008](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73837167X/phys_0008)

DFG

5. Qvæ licet scriptura prævia recte ita dicimus tamen discrimen, inter ipsam nostram qualis initio à Deo creata, hodieque conservatum. Qvamvis enim natura nostra sit corruptio tamen naturæ corruptæ, peccato originali præbenti, ac ipsi⁹ peccati originalis, accuratissim.

6. Scriptura enim etiam post lapsum, Deum esse creatorem affirmat. Job.10.v.8.9. Deut.32.v.28. Apoc.4.v.11. Qui tamen peccati, ut potest prosequitur, Ps.5.v.5. & punit Exod.14.v.27.28. est 1. Joh 2.v.16.

7. Christus qvoq; integrum hominis natupsit. Ita ut sicuti pueri carnis & sanguinis sunt ita & ipse particeps factus est eorumdem Hebr.2 tamen peccato. Hebr.4.v.15.

8. Redemit Christus hominem, quem à Baptismū abluit 1. Cor.6.v.11. Act.22.v.16. in finit optat Joh 1.v.12 Rom.8.v.16.17. ac tandem salvatur 21. Qvæ omnia de peccato affirmari nequeunt peccatum, & hominem peccatum in se habitan. Rom.7.v.20. tantum, quantum inter opus Dei, ab aliis esse discrimen manifestum est.

9. Describitur eqvidem in scriptura peccatale aliquando verbis substantialibus Eph.4 sim, non qvod in & per se sit substantia, sed qvæ tristitia intime inhæreat. Unde & ἀπαγνίσθηται Hebr.12.v.1. Nec insolens est scripturæ, peccata verbis substantialibus exprimere, Matth 5.v.29. Qvod tamen propterea non sit substantia ipsa

10. Scriptura Sacra sui ipsius interpres, substantialibus, in peccati originalis descriptione velit, alibi in locis parallelis exponit, dum mēbris per stuprum, immundiciam, mollitiem, concupiscentiam, & avaritiam &c, explicat Col.3.v.5.

